

4 *titulo 4. partia. 3. ubi inferit, quod si quis inutiliter constituit majoriam absque regia licentia* † licet postea addat aliquid majoria tempore quo potuit constituere eam nihil sit. Idemque est in poena in tali contractu nullo apposita, ut per Covar. *cap. quatuorvis pactum 2. part. §. 4. num. 4. de pact. in 6. contractuque existente simulato* quilibet ejus clausula † simulata censetur, secundum Rom. *consi. 246. num. 2.* est tamen verum quod si contractus rescinditur favore alicujus, non irritatur obligatio accessoria, † quae non sit aequè favorabilis, secundum Alex. *consi. 39. num. 12. §. 13. vol. 4.*

5 *Ibi. Juramentor.* An lex civilis possit juramenta annullare, vide quae diximus in l. 11. titulo 1. lib. 4. *supra n. 1. cum sequentibus aliquibus.*
6 *Ibi. Del dicho officio publico.* Campforis igitur seu argentarii officium publicum † est, vel quia reipub. interfit, vel quia publice eliguntur, jurantque in suis civitatibus se fideliter gesturos officia sua, secundum gloss. l. *quedam §. nummularios, vel decurritur ff. de edendo.* ubi Bart. *in fine,* ex hoc inferens ad eos, qui eliguntur ad recipiendas gabellas vel collectas † ut eorum libris credatur contra se & contra alios, cui accedunt caeteri interpretes & maxime Jaf. *ibi num. 8.* citans text. in l. *neq. casu. C. de discessor. lib. 10. §. 8. co. ges in Authen. de man. princip.* Quando autem publica auctoritate non eliguntur non dicuntur † habere officia publica ut mercatores nostri temporis, & sic femina mercaturam † exercere possunt, ut l. 1. *C. de eden. ut per Bart. ibi num. 5. Jaf. 16. Dec. 18* idque confirmatur ex l. *pediculis §. item cum quereverit ibi (cum testatrix negotiatrix fuerit) ff. de auro & argen. leg. §. ex l. sed & si quis ff. de instito.* Secus vero est in campforibus argentariis & nummulariis quorum officium publicum est, ut probat lex nostra & text. in *l. argentarius versic. ideo ff. de edendo,* cui non obstat l. *prator. §. sed & si servus. ff. de edendo.* ubi servus argentariam exercere potest, sed si publicum esset, non posset, l. *quod attinent. ff. de reg. jur. vel quia ut in sequentibus §. DD. maxime Jaf. notab. 2. in ea l. prator.* non est officium omnino publicum, sed quasi publicum vel ut melius respondeas dic, servum in *dict. §. sed & si servus.* non ex persona sua sed domini & ejus mandato argentariam exercerebat, servusque est capax omnium † quorum dominus est capax, si ejus nomine & mandato

exercereat, ex l. *si mihi & tibi §. regula, de leg. 1. l. servus. ff. de usu & hab. l. 23. in 31. partia 3.* ideo dici potest *ibidem* servum id non exercere, sed dominum, & sic non obstat, ut respondet Dec. l. 1. *C. de edendo. num. 12. & 18. Benvenuto de mercatur. 3. parte. num. 39.* Et quae sit differentia inter campforem & nummularium, vide Oroscium in l. *pratorum. ff. de edendo. num. 1.* Sed an campfores hujus temporis publice elegantur nondum vidi, ubi tamen sic eligerentur, supra dicta locum habebunt.

7 *Ibi. Puestos y nombrados por las justicias, y regidores.* Ad concilium enim pertinet civitatis † electio officialium & syndicorum, secundum Bart. in l. *secunda, de Decur. lib. 10. ex l. item eorum §. si Decuriones ff. quod cuiusque privi. nomi. Platea in Rubrica de Decurionibus libro 10. & in l. 2. numero 3. eodem titulo & ibi Lucas de Penna in principio & Aviles cap. 17. pratorum, verbo, elijan, tenenturque jurare libere se facturos electionem officialium ex text. *hic §. l. 7. & 8. titulo 2. libro 7. infra. & l. 7. titulo 3. eodem libro, & alibi diximus & formam juramenti talium officialium electorum ex l. 21. titulo 23. supra libro 4. & l. 2. titulo 5. l. 3. titulo 9. & l. 1. titulo 6. supra libro 3. decerpes, tradit Didacus Perez l. 4. in fine titulo 15. l. 4. titulo 16. libro 2. ordinamen. gloss. l. 6. tit. 4. partia 3. Aviles, in proximo capit. prator. glossa final. Avend. *ibidem sub cap. 2. numero 1. & 2. libro 1. stylus tamen & consuetudo servari debent, & vide l. 26. titulo 9. partia 2. & Platea in l. per hanc de erog. mil. ann. libro 12. ad hoc quod omnes officiales jurare tenentur. Neque possunt uti officio * antequam jurent, ex text. nostro *hic, sententiamque antea laram nullam esse pluribus probat Afflicus in constitution. Sicilia, libro 1. Rubrica 67.* tenenturque ad interesse partium, ut in *capit. 3. §. judices, & ibi notat Baldus, de pace jura. firm. puniunturque arbitrarie, ut per Lucam de Penna, l. hac sanctione. C. de diversitat. offic. libro 12. Avend. *dic. ro capit. 2. numero 1. versiculo, & in tantum, & sequentibus, libro 1. nisi justa causa eum excusaret, ut quia nullum aliud officium habuerat vel similis causa.*****

8 *Ibi. De pagar por ellos.* Ut per totum C. de periculo nom. libro 12. ubi Joannes de Platea, de quo diximus aliqua, in l. 1. titulo 6. num. 13. *cum sequentibus, libro 3. supra.*



TITULUS DECIMUS NONUS

De los Cambios, y mercaderes que se alçan.

Superiori titulo actum est de cambiis & campforibus, & ii multoties rumpunt, & fallunt, ideo tit. nosier eum subsequitur.

SUMMARIUM.

1. Decoctores mercatores qui dicuntur & ibi novam diffinitionem autor adducit.

Pro cuius Rubrica introductione & declaratione sciendum est, qui dicantur mercatores, que se alçan, Latine decoctores * vocati, vidi Avend. in tract. de las excepciones, num. 57 limit. 6. qui uno modo diffinit, alio vero diffinit modo Benvenuto. in tract. de mercat. tit. de decoctoribus, 2. parte, pag. 289. ubi 1. parte, inquit & declarat à quo verbo deriveretur verbum hoc decoctor. Ego tamen ex toto titulo nostro percipio illum campforem vulgo alçado dici, qui cum à pluribus bona, mercantias & res alias in creditum accepit, pretio eorum non soluto, bona sua omnia, vel peculia alia creditaque occultat, licet personam suam non occultet, & diximus in creditum accepit, vulgo fiado, quia si statim ea solveret nihilque debet, non potest dici decoctor, vel fallitus, ut patet ex l. 1. nostri tituli. Diximus etiam in diffinitione, bona sua omnia, quia sufficit si bona sua occultaverit, licet interea non occultet aliena, ex l. 3. infra isto titulo, ibi, sus bienes, dictio enim sus, denotat dominium. Diximus etiam vel peculia aliena quia cum merces ad creditum comparaverit, neque nondum earum pretium solverit, pretium illud est peculium dominorum ei vendentium merces illas, quod asportare sufficit, prout lex 1. nostri tituli demonstrat, ibi, con caudales agenos. Diximus itidem, licet personam suam non occultet, quia hoc jam non requiritur, ut patet ex l. 3. infra eodem, soletque ut credo, reputari mercator fallitus ille, que a las ferias primeras de los pagamentos, non facit copiam sua persona, & bona occultat, quod melius ex practica mercatorum decerpes.

IN LEGEM PRIMAM.

Contra campsores & mercatores cum peculit & rebus alienis fugientes procedi criminaliter potest tanquam contra publicos derobatores neque ab aliquo possint recipi aut receptari sub nostri textu penam quam & incurret receptor requisitus si nolit illum exhibere.

SUMMARIUM.

- 1 Mercator si solum suam occultet personam non vero bona, non punietur legibus decoctorum, ubi tamen capitula nova referuntur.
2 Mercator qui derobator dicitur & ut talis puniatur.
3 Decoctor non gaudet immunitate Ecclesie, proat gaudet falliti mercatores.
4 Si decoxerit unus ex pluribus mercatoribus sociis, an omnes alios decoxisse censantur. ubi quid in fabricensibus.
5 Probatio quod quis decoxerat debet esse sufficiens neque iusticer presumptiva, licet fraus per conjecturas probari possit & n. 7 ubi conjectura numerantur.
6 Presumptioibus etiam violentis non est quis condemnandus corporaliter.
7 Fraus est de illis, que sunt difficultis probationis.
8 Conjectura in materia fraudis pro legitimis probationibus habetur.
9 Paena derobatorum publicorum.
10 Solvens ignoranter mercatori decoctori an liberetur.
11 Faventes decoctoribus qualiter teneantur.
12 Receptor decoctoris non tenetur nisi requisitus noluerit eum exhibere.

Ibi, Porque algunos cambiadores. Hanc legem & sequentem declarat novissime Avend. in tract. de las excepciones num. 53, usque in finem illius lectionis aut tractatus, quem referre sufficeret, & sic breviter de hoc titulo nos expedimus.

Ibi. Con caudales agemos. Quasi secus si ipse solus fugeret, quia tunc non punietur penis & nostre legis, sed incarcerabitur, secundum Avend. ubi supra n. 57. versi. & adverte. licet ex nova lege in curia de Madrid, facta anno 1570. e. 20. habeantur ac si se alij in y encubriesen bienes, quoad ea, que in illo capitulo statuta sunt & in c. 11. eandem curiarum de Madrid anni 1573. idem statuitur in hunc modum. Et primum e. est d. anni 1570. 20. sequens.

A esto vos respondemos que en quanto toca a les mercaderes, cambiadores, y factores que quibren o saltaren o saltaren de sus creditos y se ausentaren o saltaren en yglesias, o monasterios o en otras partes y lugares dentro y fuera del reyno, y aunque no se puevan ni conste aver algado sus bienes, ni sus libros, que las y gualas, y avenencias, y concertos, y otros qualesquier asientos que hizieren con sus acredores. Hora sea para remitirles o soltarles parte de la deuda, hora para esperas, o dilacion de ella, o en otra qualquier forma que sea en per juicio y dano de los tales acredores no valgan, y sean en si ningunas y de ningun valor y efecto. Y que sin embargo dellas los tales acredores que interviniere o no interviniere en tal con-

ciencia o y gualas, puedan pedir y proseguir su justicia, y que assi en quanto a esto, como que no puedan ser ni usar mas officio de mercaderes, cambiadores, ni factores, ni en que se les puedan pagar las deudas ni acudir con los bienes que otros intervieren supor, sean avidos por aludos, y se guarde con ellos lo estatuydo y ordenado en las leyes de nuestros reynos contra los que verdaderamente son aludados: excepto en quanto a ser avidos por publicos robadores y poder se proceder contra ellos criminalmente como contra ladrones y robadores, que en quanto a esto no se probando ni constando aver algado bienes ni libros no se enjendian ni aya lugar contra estos que assi se ausentaren lo ordenado en las dichas leyes. Y en quanto a los tales mercaderes, cambiadores y factores que saltaren o quibren o saltaren ellos ni encubriesen sus bienes ni libros se guarden las leyes y se haga justicia conformes a la cantidad de los negocios como por las leyes de estos nuestros reynos esta mandado. In dist. vero cap. 12. providetur.

A esto vos respondemos, que los mercaderes y cambios, y sus factores que quibren o saltaren de sus creditos aunque no se ayen retraydo a yglesias o monasterios ni ayen ausentado sus personas libros y bienes no pueden dende en adelante tratar, ni contratar, ni ser factores, de otros, guardandose en todo lo de mas quanto a los tales lo estatuydo en las leyes de estos reynos.

Ibi. Por robador publico. Idem Bruxellis per Carolum Imperatorem statutum est, ut patet ex Rebuff. 2. tomo consistit. Franc. tit. de mercator. gloss. in n. 8. & 9. ubi legis tenore refert, & ut apparet ex capitulis in gloss. precedente relatis, ut mercator derobator publicus dicatur & ut talis puniatur, debet consilio atque ex industria aufugere, * vel se abscondere cum bonis suis vel alienis fingens se decoxisse, & non esse solvendo, ut tandem creditores molestis defatigati, & litibus ac expensis vexati ut pena nostra forte & iniquissimas conventiones trahant, hi siquidem pradones sunt & iniquissimi homines, qui cum solvendo sunt, se non esse solvendo fingunt, teste Benvenuto, in tractatu de mercatura, tit. de decoctoribus, 2. parte n. 3. ubi refert in hoc casum memorabilem cujusdam Genuensis mercatoris. Et ideo tales ut publicos derobatores non gaudent immunitate ecclesie & pro ut gaudent illi, qui casu fregerunt absque fraude ulla neo-fictione, asserimus late in l. 13. tit. 2. lib. 1. supra, nam fuga sola absque adsporatione bonorum non sufficeret ut pena nostra legis & sequentis incurerent & pro graffatoribus haberentur, licet quoad alia in dictis capitulis, supra proxime relatis, sufficeret sola fuga. Sed num si plures inierunt societatem aliquam & unus eorum decoxit, vel rupit, an & omnes alii socii * debeant censeri decoctores, & Paris. relatus per Benvenutum, ubi supra n. 13. par. 334. in parvis, inquit quod non, licet secundum eum ibi. num. 7. pag. 298. partis 3. singularis est in fabricensibus, quod ex decoctione unius omnes alii tenentur. Probatio tamen quod decoxerit, debet esse sufficiens, neque fraudis * presumptio sufficeret ad condemnandum eum, ita gravibus penis; nam ex presumptionibus etiam violentis non est quis condemnandus pena ordinaria, ex doctrina Innocen. in cap.

cap. quia verisimile, de presumpcionibus, in crimin. pract. titulo de convitiis numero 38. cum sequentibus, ante & post Avend. capite decimo sexto, numero duodecimo, libro 2. prator. & cap. 27. numero quarto, in princip. co. lib. hanc communem dicit, & Claus. lib. 5. §. si. pract. crim. q. 20. n. 6. & sic etiam fraudatores presumantur secundum Bal. in conf. 382. in fin. & conf. 400. n. 3. lib. 5. & Bapista Sever. in tract. de debiti. susp. & fugit. q. 1. n. 13. Benv. de decoct. 3. p. n. 22. & 23. ex tex. in l. si hominem §. quoties junct. l. sequen. ff. de positi. presumptio hac sufficiens non erit ad irrogandam tam gravem penam, nisi fraus ipsa per creditores probetur, que quidem & per conjecturas probari potest, & probatur secundum Anchar. consilio 58 §. licet pridie numero 5. & 6. Cast. conf. 82. numero 2. lib. 1. Alex. consil. 69. in prin. lib. 2. Ruyn. conf. 4. n. 10. lib. 1. relatus per Franc. Bet. conf. 52. num. 43. & in conf. 72. numero 20. & ibi aliqua ad hanc fraudem probandam proponit conjecturas, & Benvenutus, ubi supra 1. parte, per totam maxime num. 29. puta si talis mercator omnia bona sua, vel majorem partem donaverit cum haberet creditores l. omnes §. Lucius ff. que in frau. cred. quam omnes interpretantur etiam si titulo oneroso alienatio fiat, secundum glossam l. qui est tantum, verbo modum ff. de probationib. Ang. consilio 48. num. 1. & 2. alios modos referens, & Doctores, in §. item si quis in fraudem. institut. de actio. item si alienetur bona pretiosiora, per textum, in l. summa cum ratione ff. de peculio. Paris. amplians consilio 70. numero 31. libro 4. Benvenutus dist. numero 29. item in conjunctis fiat alienatio, argum. l. data C. de don. l. pe. §. 1. ff. de bonis lib. Jas. in dist. §. item si quis in fraudem numero 41. item si paulo ante decoctionem, se aliquibus creditoribus reddentes gratiosos ante diem solvant, que solutio revocari potest propter fraudem in tempore factam juxta legem ait prator. §. si cum in diem, & l. omnes §. in fin. quatin frau. credit. vel si posteriores prioribus prapofuerunt creditoribus, ut per Benvenutum supra numero 28. Item ex repetina & insolita alienatione secundum Bald. consilio 466. libro 5. & ex aliis modis per Benvenutum ubi supra n. 30. & Boer. & Doctores sup. relatus & per Lucam de Penna. l. quemadmodum, a numero 8. usque ad 230. C. de agri. & conf. lib. 1. Mascard. lib. 1. de probat. concl. 531. dolum regulariter, que longum esset referre, sufficitque scire fraudem & esse de illis que sunt difficultis probationis secundum Cravet. consilio 143. num. 12. & Menoch. de arbit. libro 2. centur. 2. num. 13. ubi alia que sunt difficultis probationis refert & cum talis probationis sit fraus, quolibet iudicis informatio juris presumptione confirmata sufficit secundum Bart. doctrinam in l. In illa stipulatione, ff. de verb. oblig. de quibus novissime agit per Mascard. in tract. de probatio. 2. parte conclusio 815. per totam ubi & conclusio 414. inquit fraudem probandam ab eo qui eam allegat, & per eund. in 1. part. conclus. 530 cum sequentibus, & sic presumptiones & conjecture in materia fraudis & pro legitimis probationibus habentur secundum dictos & Benvenutum dicta 3. parte num. 38. in fine, crevit autem conjectura adversus decoctores, secundum Boerium, de fisione 215. columna 1. & 2. & Benvenutum, ubi supra num. 39. Item te-

netur decoctor libros exhibere & cum rationibus claris, secundum Benvenutum, dista 3. parte, n. 24. aliis punitur.

Ibi. En las penas en que caen los robadores publicos. De quibus in l. 18. tit. 13. partita 7. * & in aliis de quibus in legibus sequentibus, & relatis per Benvenutum, dicto tractatu de mercatura, dicto titulo de decoctoribus, 3. parte per totam, & ibi optima in propositum declarat, & ibi an libetetur & debitor ignoranter ei solvens sub numero 50. cum duobus sequentibus, & text. in l. 2. in fin. infra eod. ubi dico gloss. fin.

Ibi. No sean osados a recetar al cambiador. De quo adest optimum consilium Baldi 320. vol. 5. relatum per Benvenutum in d. tit. de decoctor. 4. part. num. 1. cum sequentibus, pag. 314. ubi examinat dicta per Bald. in d. conf. quasi legem nostram ipse Benvenutus vidisset. Et qualiter teneantur faventes & decoctoribus & auxilium prebentes, vide eund. Benven. ibidem in 2. p. 7. partis princip. numero 1. cum sequentibus, pag. 371. ubi optima dicit in propositum, & plura de receptantibus, & eadem lex habetur Bruxellis, ut patet ex Rebuff. 2. tom. conf. Franc. titu. de mercatoribus, glossa finali, num. 11. & 12.

Ibi. Requerido. Ante enim monitionem non debet quis puniri penis ita gravibus, & sic de jure communi aliud statuebatur, ut apparet ex Benvenuto, ubi supra 2. parte, ultima partis prin. numero 28. ubi vide & Jas. in §. praterea n. 50. inst. de actio.

Ibi. Que lo entregare. Ex hoc videtur probari receptionem solam non sufficere ut receptor pena incurrat, nisi postquam fuerit requisitus, noluerit eum & exhibere & tradere, quod ex finalibus verbis nostri text. clarius probatur dum copulative loquitur ibi, que receptare o defendere y no entregare, quasi receptare non sufficit, nisi recuset tradere requisitus, neque obstant alia verba nostri text. dum dicit, que el tal receptor, o el que lo denegare de entregare, nam intelligenda sunt sub supposito illo quod requisitus sit, & verbum illud, denegare idem importet, quod verbum illud, o denegare, antea appositum, & sic nihil differunt hac verba a p. 1. nec sunt contraria, sed eadem.

IN LEGEM SECUNDAM.

Paena adversus campsores & mercatores fallitos & decoctos & fugientes, & contra eorum factores, & contra non manifestantes debita talibus solvenda, proseguuntur in presenti.

SUMMARIUM.

- 1 Pacta & conventiones decoctorum nihil valent, nec juramento firmantur & numero 2. ampliantur pluribus modis.
2 Argumentum valet decoctor, ergo fraudator.
3 Pactione decoctorum facta postquam pervenerunt ad pinguetorem fortunam non validantur, contra Romanum.
4 Pactiones dictae, etiam cum omnibus creditoribus sint factae, sunt nullae.
5 Bona decoctoris extrahi possunt ab ecclesia ubi ea apporavit scilicet & persona.
6 Creditoribus solvendum est per ordinem & prerogativam.

- rogativam, & qui potiores sint.
- 7 Creditores ante diem agere possunt pro debitis suis frangente debitore.
- 8 Praeconium dandum statim quod mercator decoxit & fallit.
- 9 Qua publicè sunt, non ignorantur.
- 10 Solvens ignoranter decoctori an liberetur.

Ibi, *Que usan de officios publicos.* Et sic istorum **A**campiorum officium publicum est, ut in lege precedente diximus, & nostram legem cum precedente declarat *Avend. ibidem* per me relatus *ingl. 1.*

Ibi, *Qualquier ignala y conveniencia.* Quod optime statutum est propter assertionem fallam horum mercatorum & campforum, quam faciunt fingentes se nulla bona habere ex quibus satisfiant, ut eis per creditores remissio debitorum fiat, secundum *Pal. Rub. §. 2. 1. numero 1.* ubi in facto inquit se habuisse, ut & tradit *Benvenut. in dict. tit. de decoctis 6. part. numero 1. cum sequen.* ubi de pactis iis & convenientiis late agit, & succincte *Boer. decisio. 215. numero 8.* quem post reperi relatum per *Rebut. in 2. tom. cons. Fran. tit. de mercat. glos. fin. num. 6.* adeo ut neque juramento firmari possint, tum quia dolus & fraus versatur & praesumitur in talibus contractibus & convenientiis contra ipsos mercatores & decoctos & fallitos, nam valer argumentum & consequentia, decoctor, ergo fraudator, & secundum *Benvenut. ubi supra 3. parte, numero 22.* cumque dolus praesumatur ex parte eorum, nam & ad colludendum faciles sunt, secundum eundem *Benvenut. ibi numero 18.* juramentum non debet esse vinculum iniquitatis, & faciunt dicta per *Tiraquel. l. si nunquam. verb. revertatur. num. 373. C. de rev. don. Benvenuto tamen ubi supra 6. part. numero 4. §. 5. pag. 440.* contrarium tenet, ideo latius cogitandum est, ulterius & adeo sunt nullae dictae conventiones cum prioribus producunt effectum, & ipso jure annullantur *ex lege nostra, ibi, no valen,* quod est verbum praesentis temporis, & sic inducit Canonem latae sententiae, imo & iudex ex officio, etiam parte non petente, potest eis non

agere, *ex nostro textu, in versiculo y fin. enbava, cum sequentibus.* Item adeo haec vera sunt, quod neque fideiussiones valebunt & sunt nullae ipso jure, prout optime defendit ac si legem nostram vidisset *Socinus, consilio 273. in praesenti consultatione, libro 2.* nam si principale non tenet, neque accessorium, & probatur ex l. nostra, dum dicit, *con qualquier clausula, vinculo y cautelas.* Item & adeo haec vera videntur, quod etiam in praesudicium posteriorum creditorum, sicut & debitoris falliti pacilentis erunt nullae dictae conventiones cum prioribus creditoribus factae, nam cum nullae sint ipso jure, nihil est innovatum de jure dictorum priorum creditorum pacilentium, praesertim cum novatio non praesumatur nisi dicatur, neque censetur extinctum jus quoties contractus est revocabilis & nullus, secundum textum, ubi *Decius, & omnes in l. neque pignus ff. de regul. juris, & ex dictis per Tiraquellum in l. si nunquam. verbo. revertatur n. 316. cum sequen.* aliquibus *C. de rev. don. & ita mihi videtur pronunc tenendum, etiam si Matienço hic glossa octava, numero secundo, aliud velit dicere, ut scilicet nullitas horum pactorum non praesudicet creditoribus posterioribus jus acquisitum ha-*

benitus ex pactis, nam quod, quæso, jus potest dici acquisitum posterioribus creditoribus ex convenientiis nullis ipso jure, enim quod nullum est nullum potest producere juris effectum.

Ibi, *T. despues de ansí alcados.* Hic pondero textum, contra Romanum, relatum per *Benvenutum, de decoctis 4. part. numero nono, pag. 318. in parvis, asserentem, quod si pactiones has fecerint falliti mercatores cum creditoribus, postquam ad pinguorem devenissent fortunam, validas esse, contra quem est text. hic expressus sine temporis praescriptione loquens, & annullans similes pactiones, cum text. hic supponat cum bonis pluribus tales decoctores remanere, & nihilominus annullat in totum has convenientias, ergo vera non est doctrina Romani, & ita postquam cum reproberamur legi *Avend. in dicto titulo de las excepciones, numero quinquagesimo primo, versiculo & pro hoc, quem reprobanent, & Benvenut. dicto numero 9. & iterum in 6. parte num. 1. pag. 33.**

Ibi *Con los acreedores.* Notate verba, nam ego multum ea pondero ad hoc quod non solum lex nostra procedit, cum pacta facta sunt cura aliquo vel aliquibus ex creditoribus, verum et si cum omnibus creditoribus fiant, nulla sunt, & nullius effectus; ita ut si cum majori creditorum parte perficiantur, minori parti non praesudicent non solum quoad remissionem partis debitorum, verum neque quoad dilationem, etiam si aliud de jure civili voluerit *Benvenut. in dicto titulo, de decoctis 6. parte, numero 5. pag. 341. & numero decimo octavo, pagina 347. & numero vigesimo, versiculo secundo casu, ex quadam decision. Neapolitana, tres casus constitunt in dicto numero decimo octavo, nam lege nostra attenda pactiones has annullante cum quibusvis clausulis & vinculis & cautelis factas, idque clarius ex capitulo illo 20. curiarum de Madrid anni 1570. in lege precedente relato colligitur & declaratur, & ampliatur ut non solum procedat cum mercatoribus decoctis, verum & cum frangentibus, ut *ibidem* disponitur.*

Ibi, *Los saquen dellas.* Et hoc nimium, nam si persona talis decoctoris potest ab ecclesia extrahi, ut diximus in l. 13. tit. 2. libro 1. supra, quid mirum si & bona quae ibidem reclusit extrahantur ut ex eis creditoribus satis fiat. Imo & Florentiae statutum est ut appareat ex *Benvenuto, ubi supra, 4. parte, numero vigesimo quarto, pagina 323. & Bart. in tract. de repositis, numero octavo, quod & filii & uxor talis decoctoris possint conveniri & teneantur pro debitis mariti ac patris decocti.*

Ibi, *Paguen los acreedores.* Intellige per ordinem & praerogativas & antiquitatem temporis, non vero absque ordine hoc, prout Florentiae & male aliud statutum erat, teste *Benvenuto, in dict. tit. de decoctis 4. part. num. 10. pag. 319. in parvis, & probatur clarius ex lege nostra in fine, dum dicit, paguen los acreedores conforme a derecho.* & qui tunc potiores habeantur tradit optime *Benvenut. ibidem 3. part. 7. part. pag. 387. cum seq. pluribus, à quo desumpsisse credo Matienço in l. 7. gloss. 5. titulo 16. supra isto libro, ut ibidem retulimus eundem *Benvenutum.* Et tunc creditores ante diem agere possunt pro debitis suis statim consequendis secundum eundem *Benvenut. ubi supra 6. part. n. 54. & 7. part. in princ. n. 12.* *ibi**

Ibi, *T mandamos.* Quod autem ante legem nostram fiebat cum mercatores decoxerant & fallebant, & nunc etiam consulo fieri ut legis nostrae remedium in hoc versiculo locum habeat, erat, quod statim praenozari creditoribus faciebant in publico ex mandato judicis, qui ad eorum petitionem id tenebat facere, quod nullus acceptaret talem mercatorem decoctum & fractum & indicaret ubi esset vel bona haberet, & quae debita sibi deberentur & per quas personas, & quod nullus ejus debitor ei vel alii solveret debita sub legis nostrae poenis, prout fieri assererat *Benvenut. ubi supra 7. parte, in princ. numero 15. pagina 361.* hoc enim modo nullus poterit ignoranter allegare, & si allegabunt, tenebuntur eam legitime probare, cum eorum quae publice praenozantur notitiam haberi, & de jure sit praesumptio nisi contrarium probetur, *ex cap. cum in tua, qui mar. accus. pol. cap. paratus, 33. quest. 1. tradit Malcardus in 2. parte, tractat. de probation. conclus. 879. ignorantia num. 16. cum sequentibus.*

Ibi, *Se aya por no pagada.* De hoc dubitabat *Benvenut. dict. tit. de decoctis 3. part. numero 50. §. 1. & 52.* an procederet etiam quando debitor ignorabat mercatorem esse decoctum, sed ex lege nostra redditur clarum, ut scilicet iuste ignorantibus id non procedat, qui quidem quamvis debita solvant tali decoctori, exculantur, quia lex nostra scientiam requirit ut excusari non possint, ut ex ea clarè patet.

IN LEGEM TERTIAM.

Dicta in legibus precedentibus locum habent etiam si mercatores falliti & decocti tantum bona occultent & sublevent, licet non personas.

Ibi, *Anque sus personas.* Ampliat leges praecedentes, & eam in hoc considerat *Avend. in dict. titulo de las excepciones numero 57. versiculo, & adverte, per capitula tamen curiarum de Madrid, in lege prima supra isto tit. per me relata, etiam si personas solum abscondant fugiendo seu se recludendo in ecclesiis aut aliis locis occultant, incurrunt poenas eorum, qui & bona occultant, excepto, quod non puniuntur tunc ut publici latrones neque criminaliter contra eos proceditur, ut *ibidem* statutum, quamvis antea fuga sola absque asportatione bonorum sufficiens non erat ad irrogandas dictas poenas, potius enim dicebatur haec latitatio, quam fuga, ut in l. *Fulcinius. §. quid sit latitatio ff. ex quib. cau. major. Boer. decis. 215. n. 1. in fin. Bal. consilio 382 libro 5. Benvenut. de decoctis 3. part. num. 6.**

IN LEGEM QUARTAM.

Doctores & economi conciliorum civitatum vel populorum, & qui decoxerunt, alii non gaudent nobilitate.

SUMMARIUM.

- 1 Mercator nobilis non perdit nobilitatem nisi sit decoctor ut ibi n. 2. & sic torqueri potest ut ibi.

Ibi, *Que se alcaren.* Ergo à contrario si non se alca, etiam si sit mercator non perdet nobilitatem, & ita utitur in Hispania ut alibi diximus in hoc tomo, scilicet, in l. 12. gloss. penulti. titulo duodecimo supra isto libro, ubi declaravimus, & cum mercatores mechanicam artem exercent, ut dixi in libro primo curiae de Decurio. capite duodecimo, numero vigesimo. Idem est dicendum in aliis quibuslibet mechanicam artem exercentibus, ut dixi in dict. l. 12. in eadem glossa penultima.

Ibi, *Del privilegio de la hidalguia.* Et hoc nimium, nam cum decoctores ii fursum faciant & publici praedones dicantur, ex praedentibus legibus, & merito si privilegio hoc gaudere non debeant, tum ob delictum, ex l. 6. titulo secundo, libro sexto infra, tum etiam ob infamiam, quam incurrunt, & infamissimi judicantur secundum *Benvenut. ubi supra 3. parte, numero primo, cum sequentibus pag. 294.* ubi in illa parte plura contra decoctores hos congerit, ideoque & torqueri possunt, ut indicent pecunias & bona, secundum eundem *Benvenut. ibidem 7. par. in principio pagin. 326. & Rebut. in secundo tomo consilii. Fran. tit. de mercator. glos. fin. numero 7. & Hippol. in pract. §. expeditam. numero 61. & Boer. decis. 215. numero quinto.*

IN LEGEM QUINTAM.

Contra cambia vel mercatores non sublevantes bona, sed fortune vitio, ut dicitur, frangentes procedatur eo modo, quo contra alios inopes debitorum.

SUMMARIUM.

- 1 Mercatores non decoquentes, sed casu frangentes & ad inopiam devenientes judicantur sicut alii debitorum simplices, & sic possunt cedere bonis & dilatione quinquennali gaudere ut num. 2.
- 3 Triplex est genus mercatorum desipientium.

Ibi, *Por falta de bienes.* Et sic non occultant bona sua in fraudem creditorum, & inopes ad debitorum solutionem fiunt, contra hos enim sicut contra alios inopes debitorum procedendum est, & sic cessionis beneficium eis competit, neque infames sunt, secundum textum, in l. *debitorum C. ex quibus caus. infam. irroge.* quem ad hoc notat, sic distinguendo istos ab aliis decoquentibus & fallitis tum vitio suo, tum & partim vitio suo, partim vero vitio fortunæ, *Benvenut. tit. de decoctis 3. p. numero 2. pag. 296. & numero 3. melius & clarius, ideoque secundum eundem ibi 4. parte, num. 4. pag. 316.* non valeret statutum, quod mercator per fortunæ lapsu fallitus dilaniandus daretur, si fueret in eo mercatore, qui dolose sublevarer bona & se pauperem fingeret, aut redderet, nam secundum eundem *ibi a numero 2.* haec tractantem, impium & inhumanum videtur fortunæ telis vexatum puniri & hominum infortunium etiam poenis praegravari, & sic contra tales, secundum eundem *Benvenut. ibidem, in 7. part. in princ. numero 3. pag. 357.* non potest agi criminaliter: & *ibid. num. 6.* declarat quid agendum sit, si talis mercator fortunæ adversè lapsu prolapsus abijt;

& in hoc provifum est jam ex dictis capitulis per me relatis *super l. 1. eod. quod agendum fit. Sic & fecundum eundem Benvenuto ubi in supra in 6. parte numero 20. dilacione quinquennial. gaudet mercator ꝛ fortuna adverfa prolapsus, & cadens qua quidem dilacione non gaudebit ille qui de-coquit, & bona occultat, & sic ex Benvenuto ubi supra in dist. 3. parte num. 2. & 3. triplex est genus horum mercatorum, ꝛ unum, de quo hic, scilicet in labente fortuna lapsu absque vitio ipsius mercatoris, secundum in labente ex vitio suo, & partim ex fortuna, & in iis ex legibus praecedentibus, & ex nostra provifum est de forma, & modo contra eos procedendi, & in capitulis illis per me in l. 1. supra eo relatis.*

IN LEGEM SEXTAM.

Novus ordo servandus contra mercatores se absentes, & Ecclesiam ingredientes & ad eam vel alibi confugientes constituitur a lege nostra.

SUMMARIUM.

1. Assignatur ad legem istam verus intellectus.
2. Causillo de Bovadilla reprehenditur & bene.

IBI. *Atque no se prueve ꝛ ni conste aver alcado sus bienes, ni sus libros. Ampliantur dispositiones legum disponentium circa mercatores abscondentes bona & libros, & cum eis se absentes & ad Ecclesias & Monasteria vel alibi confugientes & se occultantes, quorum pacta, conventiones, & transactiones cum suis creditoribus facta annullantur, ut ex l. nostra, idem fit si tantum se absentaverint, fregerintve credita sua, etiam si bona & libros non absconderint, horum enim conditiones sic regulandae sunt, sicut eorum, qui se & bona & libros occultaverunt ac sublevarunt, quoad hoc ut eorum pacta, conventiones, placita ac transactiones cum suis creditoribus facta nulla sint, nulliusve roboris ac firmitatis, & nihil obtent, quin creditores possint super debitis illis petere ac prosequi iustitiam suam sicut si pacta haec & transactiones facta non fuissent, & consequenter quoad hoc, & ne debitores ex hoc exeantur a debitorum solutione reputantur ex lege nostra tanquam sublevarores bonorum & librorum, ac occultatores eorum, vulgo, *alcados*, non tamen quoad hoc ut habeantur tanquam publici derobatores, ut in glo. sequente dicemus, imo & addit lex nostra, quod debent in carceribus detineri, & ab inde extrahendi non sunt donec litigia creditorum finiantur, & compromissa, & conventiones adimpleantur, ut per legem sequentem videbis decisum.*

*Excepto en quanto ser avidas por publicos robadores. Maximi effectus sunt haec verba, non enim poterunt ab Ecclesia ubi fugerunt extrahi, ut diximus in l. fin. titul. 13. lib. 1. supra vel de debitoribus fugientibus ad Ecclesiam an ab ea extrahi possint, conclusimus quod non, nisi sint mercatores *alcados* qui cum tanquam derobatores publici iudicentur, dicta immunitate non gaudent, etiam si novissime non haec considerans & legum substantiam, aliud contra nos & male, & contra Ecclesiarum immunitates & contra communes ac veras opiniones indistincte teneat Castillo de Bovadilla, in sua Politica de Correjidores lib. 2. cap. 14. num. 62. usque ad 69. contra cuius opinionem verba haec nostri text. urgentissime faciunt, ad quid enim mali adaptari possunt, quam ad Ecclesiarum immunitatem: urgentissimaque fundamenta in illa l. fin. etiam adduximus contra suam opinionem, & casus in facti contingentia accisos, ubi sic fuit iudicatum, & ipsemet in num. 69. dicto tenet debitorem Principis gaudere immunitate Ecclesiae.*

IN LEGEM SEPTIMAM.

Mercatores & negotiantes, & campsores, seu fautores compromissi, & pacta facientes cum suis creditoribus incarcerandi sunt, neque ab inde extrahendi usque dum lites finiantur & compromissa, & conventiones adimpleantur legis nostrae tenore servato.

SUMMARIUM.

1. Antequam pacta compromissa sint in executionem redacta complures & mercatores detrahendi sunt in carcerem, & non sunt detrahendi usque quo lites finiantur, usque ad num. 2.

IBI. *Sea preso, y este en prisiones en la carcel publica.*

Ampliant haec verba legis precedentis dispositionem, non tamen eam minuunt, neque corrigunt in aliquo, & pondera verba illa, *sea preso y con prisiones*, copulativè loquentia, ita ut non sufficiat esse in carcere, nisi & adsit cum ligaminibus, prout leges de blasphemo loquentes disponebant, neque sufficere & cum ligaminibus, nisi & detentus in carcere sit: haec enim copula nostri text. denotat & iustè, ut fraudibus ac technis mercatorum & campforum finis imponatur, & restringantur eorum malitia & cautele.

Ibi. *Fianças legar, llanas, y abonadas.* Et sic iuratoria cautio non sufficiet, prout iis verbis attentis, & circa ea in libro tertio supra remanet dictum, Lex 15. titul. 21. lib. 5. loquens de videnda minori moneta non indiget commentatione.

TITULUS



TITULUS VIGESIMUS PRIMUS.

De las ordenanças que han de guardar los oficiales en la labor de la moneda, y de sus derechos.

ET quia in titulis precedentibus de cambiis, contractibus, campforibus & contrahentibus dictum est, quae quidem omnia pecuniae agenda & conservanda sunt, & cum superiori titulo de domibus ubi moneta cuditur & officialibus & exemptionibus dictum sit, & quia ut sciant quid faciant & facere debent, ordinationibus est designandum, ideo subsequitur nunc titulus noster de iis tractans.

IN LEGEM PRIMAM.

Aurea moneta qualiter sit fabricanda lex haec declarat.

SUMMARIUM.

1. Monetam quis possit facere vel cudere & mutare.
2. De falsa moneta & ejus auctoribus puniendis remissive.

IBI. *Se labre moneda. Quis possit monetam ꝛ facere, ultra glos. *baur*, in l. 2. tit. 1. partita 2. & glos. *coger*. l. 22. titulo decimo tertio, eadem partita, videndus est Math. Afflic. in praedictis constituit. Sicil. quest. 16. per totam, ubi & declarat quis possit eam mutare, de quo ultimo an princeps possit mutare verum valorem monetae, tradit & Covar. in tractat. de vere. num. cap. 7. numero sexto, & in §. uni illius partita septima, optime tractat an obligatus solvere in una moneta possit in alia solvere, de quo in hoc tomo dictum est jam & in l. 6. infra isto titulo. Et de falsa moneta & ejus auctoribus puniendis, ultra DD. in locis ordinariis, tam de jure civili, quam partitarum, videndus est Covar. ubi supra cap. 8. per totum, & Afflic. ubi supra lib. 3. rubr. 40. per totam, & ibi optima dicit in hac materia.*

Azevedo in Recopilationem Tom. III.

IN LEGEM SECUNDAM.

Moneta Argentea qualiter est fabricanda.

IBI. *Se fenta y fete rales en cada marco. Eam ad hoc allegat Covarrubias de numismate, capite 2. columna 2. ubi numero tertio, insignia haec designavit, quae in regalibus apponuntur.*

IN LEGEM SEXTAM.

Debitores possunt debita sua solvere in qualibet ex monetis in legibus precedentibus declaratis.

SUMMARIUM.

1. Moneta alia si currit tempore solutionis quam currebat tempore contractus, quomodo fiet solutio, ubi quid si ex testamento aut statuto debeat.
2. Mutuavi si tibi in auro, an possis solvere in argento, ubi quid si valor creverit, vel decreverit.
3. Solutio an possit fieri in qualibet minima moneta.

IBI. *De la que agora nos mandamos labrar. Quid tamen si tempore solutionis ꝛ alia currit moneta deteriorata vel diminuta, fiet ne solutio secundum*

LII ij